



Off. sg. 4.

10

Q. B. F. F. Q. I. E. D  
PRAEMISSA AD HOS. II SEGM. XXI  
VOCABULI P<sup>RE</sup> EXPLICATIO<sup>N</sup>E  
**XIX**

---

OMNES MVSARVM PATRONOS, FAVTORES  
AMICOS

# ORATIONEM

DE  
FIRMISSIMIS PER OMNIA  
TEMPORA MYSTERII SACROSAN-  
CTAE TRIADOS ARGUMENTIS

AB  
IO. GEORGIO CASPARO FICKIO  
SATEELGRYND AARVTHINO  
IVVENE THEOLOGIAE STVDIOSO, OB INGENII PRAE-  
STANTIAM, MODESTIAM AC DILIGENTIAM IN  
PRIMIS COMMENDANDO

FER. I. PENTECOST. MDCCCLXXXI.

HABENDAM  
QVA DECE<sup>T</sup> OBSERVANTIA  
INVITANT  
**DIRECTOR**  
ET  
**RELIQVI PROFESSORES**

---

COBURGI, FORMIS ABLIANIC

**P.** 51, 16: *Canat lingua mea אַדְבָּחָר aequitatem tuam  
sitie iustitiam qua absoluis innocentes.* Arabs ponit  
 בְּעֲרֵב aequitatem tuam. Symmachus confertit: Διαλέ-  
 λύσει ἡ γλῶσσά με τὴν ἐλεημοσύνην σγ. ex ingenio Iudaico  
 absolutionem Davidis ut eleemosynam considerans, quae  
 sine satisfactione a Messia promisso aliquando praes-  
 standa, in regem illum a Deo sit collata. Theodoretus  
 quidem absolutionem, quae ratione hominum, Paulo  
 auctore Rom. 3, 24, a Deo fit δωρεὰν τῇ αὐτῷ χάριτι gratis  
 ipsius beneficio, intelligit, adscribens: Οὐ γάρ συγκρίνεται  
 ἀφέσεως ἀπολύτως, εἰλλα ὑμῶν τε διατελέσω, καὶ τὰς σὰς δι-  
 γένενος χάριτας. Non enim tacebo, fructum absolutionis ca-  
 piens, sed te perpetuo canam, tuaque enarrabo beneficia.  
 Eques Ill. I. D. Michaëlis transfert: Dass meine Zunge  
 deine Gnade preise. Hieronymus זְהִיר aut ἐλεημο-  
 rias legisse videtur, transferens in annotationibus iustitias  
 tuas, atque addens, per quas, punito in me peccato, miseri-  
 cordiam praebuisti. Vel praedicabit mea lingua, mandata  
 tna. Ezrides hic etiam aequitatem Dei agnoscit, qua vero  
 non Messiam futurum, sed ipsum Davidis facinus respi-  
 ciat, adscribens: David Vriam neque occidit, neque mor-  
 tis reum pronuntiavit, ipse enim occidi eum non iussit, tant-  
 tummodo cepit malum consilium statuendi eum in loco pericu-  
 loso. Drusius etiam ad hunc locum Symmachi ἐλεημοσύ-  
 νη non eleemosynam, sed misericordiam interpretatur.  
**A**mama quidem rectius dubitans adscripta: "Iustitiam  
 "tuam

f. XXVIII. Psalm. 31, 16 exponitus. CXXXIX

"uam, id est veritatem in seruandis promissis, ac no-  
"minatim in seruata mihi promissione remissionis peccat-  
"orum per Nathan annuntiata. Alii, benignitatem, cle-  
"mentiam, misericordiam, 1. Sam. 12, 7, ut disceptem vobis:  
"cum de omnibus iustitiis Domini. Hunc locum adducit  
"Illyr. (Clau. Script. S. col. 598, 62.) At Iun. explicat,  
"de iustitia distributiva, i. e. iustis factis, tam beneficiis ex  
"promiss. quam suppliciis ex vestris meritis. Clarius lo-  
"cus Mich. 6, 5, vt agnoscas iusticias Domini. Beig.  
"Wat de Heere u goets gedaan heeft. Ter. (Heaut. 4, 1, 33)  
"Ut meæ stultitiae in tua iustitia aliquid sit praesidii. PL  
"103. Benignitas Dei a seculo in seculum erga timentes eum,  
"et iustitia eius erga filios hominum. Posteriori aeuo po-  
"situm fuit pro eleemosyna, Dan. 4, 24. Peccata tua  
"ךְרָב בְּזַרְקָה et iniquitates tuas benefaciendo afflitis. Vulg.  
"Eleemosynis redime. Sed alii putant, nullam esse neces-  
"sitatem ibi expōn. eleemosynam. Iun. Abrumpe peccata  
"tua iustitia, q. d. plus satis hactenus peccasti in iustitia et  
"inhumanitate, anticipa iudicia eius seria resipiscientia,  
"abrumpe in iustitiam et inhumanitatem, institue ali-  
"ter vitam tuam, disrumpe vincula spiritualis tuae ca-  
"pitulatis, perrumpe hunc carcerem vera fide et per  
"bona opera efficace. Clarius locus Matth. 6, 1, vbi  
"optimae notae cod. habent διανοι. i.e. ἐλεημοσ. August.  
"dicit partem iustitiae esse opus, quod per eleemos. sit,  
"quia pauperibus obstricti sumus, Prover. 3, 27. Ne pre-  
"hibeas bonum a dominis eius." De loco 1 Sam. 12, 7 iam  
"egimus § XXVII. De Mich. 6, 5. Psalm. 103, 17 et  
Dan. 4, 24 deinceps dicetur. Quod attinet ad Terent.  
Heaut.

CXL f. XXVIII. Psalm. 51, 16 exponitur.

Heaut. 4, 1, 33, b. Praeceptor meo Gesnero Thesaur. L. L. Tom. II col. 1268, 14, assentire nequeo iustitiam, et Andr. I, 1, 9, iustum seruitutem per clementiam et clementem seruitutem interpretanti: ego praeoptem aequitatem et aequam seruitutem, praesertim quoniam idem paulo ante col. 1267, 21. Donati explicationem attulerit: iusta seruitus, in qua nibil iniquum iubetur. Gesnerus quidem haec addit col. 1268, 17: "Sic item iustitiam et lenitatem, tanquam Synonyma coniungit Cic. pro Marcel. 12 c. 4." Sed ego suspicor iustitiam et aequitatem, lenitatem et misericordiam in hoc Ciceronis loco sibi respondere, et vero, inquietis, baec tua iustitia, et lenitas florescat quotidie magis, ita ut quantum operibus tuis diurnitas detrahet, tantum afferat laudibus. Et caeteros quidem omnes videntes bellorum ciuilium iam ante aequitatem et misericordia viceras, hodierno vero die te ipsum vicisti.

Pf. 51, 21. Tunc delectaberis sacrificiis יְשָׁרֵךְ iustissimis, id est, integrerrimis ac verissimis. Hanc lectionem sequuntur Chaldaeus, Syrus scribens, בְּרוּחָא דַּקְרֹבָה牺牲 sacrificeis verissimis et Arabs ponens, בְּרוּבָה אֶלְעָזָר sacrificeis iustissimis, siue rectissimis. Sed est lectio antiquissima וְבָחָר אֶתְכָּךְ quam conferuarunt LXX, Symmachus, Vulgatus, Hieronymus ac Theodoreus, οὐταν διαιστίνει sacrificium iustitiae, quam Aethiops Chaldaeum in Bibliis Regiis, de quo deinde dicetur, imitatus, sic interpretatur: וְנִ (Hebr. ז) Quām approbaūeris מְסֻעָת צָרֵךְ victimam iustissimam, munusue et sacrificium, אֲמֹה (Hebr. ז) tum offerent in altari tuo iuuencos. Nullam plane video cati-  
sam, cur negemus, haec verba de sacrificio iustissimo, in-  
teger-

egerrimo ac vetissimo Christi esse explicanda, id quod Theodoretus etiam fecit, quum iniunctis firmissimisque, Messiam futurum eumque diuinum a Davide esse agnatum, demonstrari potest argumentis. Quod si haec lectio codicum quorundam fide firmetur, eandem omnino praeoptem. Digna est, quae hic afferatur explicatio Hieronymi: "Cum vel te pro nobis offers Patri, vel a nobis "laudes et gratiarum accipis actiones:" ac Theodoreti: Ἐπειδὴ γὰρ τὸ παναγία πνέυματος ἀνω τὰ δῶρα προσθέτειν, εἴτα κατιὰν ἐδεῖξε τὸν τὸν δόλων Θεὸν ταῖς κατὰ νόμον θυσίαις ψηφεσκόμενοι, ιετένει τὴν νέαν αὐτοφανῆνας Σιάν, καὶ τὴν ἐπεργάνου λεψοτάλην ἐπὶ γῆς πολιθῆναι, καὶ στὶ τάχιστα παρασχεθῆναι τὴν κανὴν πολιτείαν, τὴν δὲ ἀλογα προσφέρεσσαν θύματα, ἀλλὰ τὴν τῆς διαιστήνης αὐτοφερεῖν καὶ θυσίαν, καὶ τὰ λογιὰ καὶ ζῶντα ὄλκαιντοράτα, περὶ ᾧ μακάριος λέγει: Πᾶντος παρακαλῶ ὑμᾶς ταῦτα φοιτεῖν διὰ τὸν δικτιεμῶν τὸν Θεόν, παρεπειποιεῖ τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἀγίαν, ἐνάρεσον τῷ Θεῷ τὴν λογικὴν λατεσίαν ὑμῶν. Εἰδὼς γὰρ ὁ θεούτας Δαβὶδ, ἄτε τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κεύτη τῆς τὸ Θεόν σοφίας μεμαθηκὼς, ὡς ή καὶν διαθήη τελείαν ἔχει τῶν αἱματημάτων τὴν ἀφεστιν, ταχίστης καὶ τελείας τῶν αἱματημάτων ἀπαλλαγῆς ἴφιέμενος, καὶ τῆς συντομίας καὶ φιλοτίμως παθάρεως τυχεῖν καὶ αὐτὸς ὀρεγόμενος, ταῦτα Φησί. Quum enim supra sanctissimi Spiritus dona proposuisset, deinde ostendisset, Deo omnium rerum victimas lege praescriptas non placere; supplex rogat, ut noua exigitat Sion; et caelestis condatur in terris Hierosolyma, nouaque quam celerrime constitutatur ciuitas, ratione haud carentia offerens sacrificia, sed preces et victimam iustissimam, et ratione praeditas vitalesque hostias, de quibus beatus Paulus (Rom. 12, 1) Obsecro vos, inquit,

CXLII f. XXVIII. Psalm. 51, 21 exponitur.

quit, dilecti, per misericordiam diuinam, ut sis tatis vos ipsos, tanquam victimam vitalem, sanctam, Deo acceptam, cultu menti vestrae consentaneo. Persuasus enim diuino afflatus concitatus Dauid, occultam atque arcanam edocitus Dei sapientiam, nouo in foedere perfectam inesse peccatorum condonationem, celerrimam ac perfectam appetens a peccatis liberationem, atque compendiaria et lautissima ut sibi contingat expiatio, cupiens, haec profert. Hesychius quidem Lex. Tom. I p. 347. ed. Albert. scribit: Αναθορεται. Δέσμοις, πραγμάτου, hunc Psalmum respiciens. Dubia videri potest lectio apud Chaldaeum in Bibliis Regiis scribebentem: הַבְקָן נִכְתֵּב קַיְרָשֵׁין רֹכְבָוֶת שְׁלָמָא דְמַהְסָךְ אֲנִירָא רָא תְּצִיבָנִי נִכְתֵּב קַיְרָשֵׁין רֹכְבָוֶת שְׁלָמָא דְמַהְסָךְ אֲנִירָא רָא  
quae verba Samuel Clericus quidem sic conuerterit: "immolationem sanctorum iustitiae, oblationem "istam, quae offertur perfecta &c." eundem positum esse, et recte quidem mea sententia, putans nominis numerum, qui obseruatur in nomine נְתָלֵעַ expositionis ac declarationis causa addito. Alias enim verba illa sic possent conuerti: Quum deles tatus fueris sacrificiis sanctissimis atque innocentissimis, victima illa, quae perfecta offertur, tum immolabunt sacerdotes in altari tuo iuuenos, Ezrides adscriptit: וְכֹחֵן צְדָקָה sunt הרשומים sacrifices conuiualia, atque עֲלֵיהֶן est sacrificium inge, tandem addunt קְלִי munus sacerdotis. Ezridae assentire videtur Eques III. I. D. Michaëlis conuertens: Denn wirst du unschuldigere Opfer dir gnädig gefallen lassen, atque adiiciens: Eigentlich Opfer der Gerechtigkeit, die den Sündopfern entgegen gesetzet werden. Idem in Theologia Typic, Cap. II § 24 p. 79 scripsérat: Es kann so gar zwei-

Zweifelhaft feyn, ob þis hier Gerechtigkeit übersetze werden solle. Es bedeutet auch sonst *Almosen*. Wie wenn diese Opfer *Almosenopfer* genannt würden, weil man Leuteten und Dürftige dabey zu Gaste bat, um die heiligen Speisen mit dem Opfernden zu verzehren? Sed dubito, num þis eleemosyna in libris Mosis reliquisque scriptis Hebraicis significet. Vid. supra § XXV p. CXL.

¶ Praeterea nullam video causam, cur sacrificium iustissimum, innocentissimum, integerissimum, verissimum, rectissimum piaculari opponatur. Piacularia certe sacrificia in primis esse debebant innocentissima atque integerissima, ut hominibus peccantibus, usque sacrificariibus innocentiam conciliarent.

¶ Pl. 52, 5. *Mendacium libertius loqueris, quam þis veritatem.* Nomen ipsum reliqui interpres retinēt omnes, praeter Latinum, qui Graeca, αδικίαν ὑπὲρ τὸ λαλῆται δικαιούντων, sic conuertit, dilexisti — iniquitatem magis quam loquii aequitatem. Theodoreus vero notionem veritatis hic agnoscit, atque adscribit: Προσέλθε τὸν κρεετόν τὰ χεῖγον, καὶ τὸν εἰληφθών τὰ φυεῦντα προτείμηκας τὸν ἐμπάτον, ὑπὲρ δὲ τὸ δικαιον δοπλάνη τὸ ἀδόνον. Melioribus causis peiores, ac veritati mendacia anteponis, magisque amas quam innocentiam, nocentium conditionem. Aethiops posuit: *Inique agis, non patrocinaris innocentiae.* Sontes quidem semper sunt mendaces, qui mentiantur speciemque prae se ferant innocentiae. Eques ill. I. D. Michaëlis conuertit: Böses ziehest du dem Guten, Vnd Lügen zu reden, der Wahrheit vor. De hoc veritatis significatu videatur Idem ad V. S. R. Robert. Lowth Sacr. Poët.

CXLIV      §. XXVIII. Psalm. 71, 21 exponitur.

Poëf. Hebraeor. P. I Praelect. XII p. 241 et P. II de usu parallelismi hermeneutico p. 383. Add. Versuch über die siebenzig Wochen Daniels. S. 207.

Ps. 71, 15. *Os meum enarrabit יְהוָה aequitatem tuam, siue iustitiam tuam qua innocentes absoluuntur, quotidie victorian abs te mibi concessam, ubi vocabulum aequitatem, siue sententiam absolucionis significans aliquoties repetitur.* Theodoretus adscriptit: Οὐ πάντομα τὴν δικαιὰν σὺ ταύτην διγέγενες φῆσθαι νεὶροι διδάσκων ἀπαντάς, ὅπως εἴηται καὶ τοῖς πολεμοῦσι δικόσας, τῆς ἐκείνων με δελέγεται απότολαξας. Non cessabo absolucionis tuam hanc enarrare sententiam, omnesque docere, quomodo mibi hostibusque ius reddens, ab horum seruitute me liberaueris. Interpretatio haec parallelismo firmatur hermeneutico Psalm. 69, 28. 29: *Permitte peccatum post peccatum eorum, ut ne perueniant ad iustitiam tuam innocentes absoluente.* Delebuntur ex libro hominum felicium, neque innocentibus adscribentur. Idem significatus reperitur Psalm. 103, 6: *Studet יְהוָה aequitati, siue iustitiae innocentes absoluenti Ishouah, בְּפִנְפַּלְמָה et iustitiae fontes punienti, commodo omnium oppressorum.* Sic יְהוָה autem קָדְשָׁךְ quoties vel nomini וְשָׁפֵת opponitur, vel, ut segmento 17. sit, cum illo קָדְשָׁךְ coniungitur, aequitatem significare puto, siue iustitiam innocentes absoluente. Propterea muto nunc sententiam arque Hof. 2, 21. 22 sic interpretor: *Tum despondebo te mibi in aeternum: tum despondebo te mibi iustitia innocentes absoluente, fontes vero puniente, cum pietate atque amore intimum despondebo te mibi fide mibi habenda: tum me redamabis.* Vid. supra § XIX p. LXXX.

3d 6020 II

(2)

ULB Halle  
003 772 209

3



TA-206

KM Wt.





B.I.G.

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19

Q. B. F. F. Q. I. E. D  
PRAEMISSA AD HOS. II SEGM. XXI  
VOCABULI ꝑ EXPLICATI<sup>ON</sup>E  
**XIX**

OMNES MVSARVM PATRONOS, FAVTORES  
AMICOS

**ORATIONEM**  
DE  
FIRMISSIMIS PER OMNIA  
TEMPORA MYSTERII SACROSAN-  
CTAE TRIADOS ARGUMENTIS

AB  
IO. GEORGIO CASPARO FICKIO  
SATTELGRYNDÆ BARVTHINO  
IVVENE THEOLOGIAE STVDIOSO, OB INGENII PRAE-  
STANTIAM, MODESTIAM AC DILIGENTIAM IN  
PRIMIS COMMENDANDO

FER. I. PENTECOST. MDCCCLXXXI.  
HABENDAM  
QVA DECE<sup>T</sup> OBSERVANTIA  
INVITANT  
**DIRECTOR**  
ET  
**RELIQVI PROFESSORES**

COBURGI, FORMIS ABLIANIS